domum habemus non manufactam aeternam in celis. haec ergo est domus quam
edificare nemo potest nisi timeat dm̄. haec est domus quam extruere uel
habitare nemo potest nisi in simplicitatem mentis et puritatem cordis. Sed
qm̄ accedere sol& ut etiam qui bene edificauerit et domū sibi celestem bene
agendo et bene uiuendo ac recte credendo construxerit incurrat alicu
ius peccati debitū. Et hanc a crudelissimū faeneratore uenundare cog
itur ac labores suos transfundere in alium pi... et clementia legis latoris
occurrit ut intra certum tempus redimi possit. Si tamen inuenerit in
quid manu sua pretium quod restituat. quale pretiū penitentiae sine
dubio lacrimis congregatū et manibus id est labore boni operis inuen...
Annus autem ipse intellegi potest quē uenit uocare dn̄s. annū acceptū quo d...m
tat confractis in remissionem et salutem del... a sua confitentibus p̄bexit.
Quod autem dicit domū in ciuitate murata recte ... ego arbitror. domus que
in celo esse dicitur. in ciuitate murata intellegitur. Murus est enim huius
ce modi domibus ipsum celi firmamentū sed talem domū rari quique
habere possunt illi fortassis qui super terram ambulantes conuersationem
habent in celis. Et de quibus dicit apostolus. di edificatio estis. ceteri autē
in uicis habent domus quibus non est murus. Est tamen eis adiacens ager
secundus illi fortassis. qui sibi habitaculum preparant in terra uiuentium.
et illa terra quā man... suetis dn̄s promittit dicens. beati mites quō ipsi heredi
tate possidebunt terram. Istas ergo domus si forte aliquis sicut supra
exposuimus lapsus accederit semp est recuperandi facultas. Ut uero integra
ta dicamus si nos aliqua culpa mortalis inuenerit. que non in crimine mortali
non in blasphemia fidei que muro ecclesiastici et apostolici dogmatis cincta
est. Sed uel in sermone. uel in morū uitio consistat hoc est uendedisse
domū que in agro est uel in uico cui murus non est. haec ergo uenditio et huius
modi culpa semp reparari potest. nec aliquando tibi interceditur de cōmissis
huiusmodi paenitudinem gerere. In grauioribus enim criminibus semel tan
tū penitentiae conceditur locus. ista uero cōmunia que frequenter incurri
mus semp penitentiam recipiunt et sine intermissione redimuntur.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0547